



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome  
Controuersiarum Omnia huius Aeui  
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis  
Quadripertitis digestarum**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiae, 1624**

XCII [i. e. XCIII]. Contritio ex timore poenae orta num sit bona?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11726**

baptizamur, similitudini mortis Christi conformamur: at Christum oportuit se. mel tantum crucifigi; ergo & nos semel Poenitentiâ baptismali renouari. Sic intelligitur hoc *Heb. 10.* Non relinqui hostiam, id est, non alium fore Christum crucifigendum. Ita Chrys. Amb. Istud: Peccatum ad mortem, dicitur, perseverans ad mortem: Ita *Aug. l. de corrept. & grat. c. 12 Amb. &c.* Et pro tali; ait Hieron. l. 1. contra Iouin. difficulter exauditur oratio: *Quis autem scit, ait, fratrem peccare ad mortem.*

## Q VÆSTIO XCIII.

*Contritio ex timore pœna num bona sit?*

**L**UTHERVS initio docuit, Timorem seruilem (quo solus pœna metu à peccato abstinetur, aut de co dolore) facere hypocritas, & magis peccatores.

**L**UTHERANUS ceteri, & CALVINIANI assūmat. Vilem esse, ut initium poenitentia.

**S**VADBE T Lutherus illis, in serm. de pœn. & in assert. art. 6. 1. Contritio ex metu legis violenta est, ut extorta; ideo auget peccatum; quia remoto mandato placet peccatum. 2. Odium peccati, ortum ex mente, non est verum odium; sed verum est, quod ex amore iustitiae ortur. Unde illud non promanat ex sincero corde; ideo hypocritam facit. 3. Quia timor seruile est inordinatus; cum pœnam magis, quam culpam timeat.

**A**UTOR. Ex Timore poenarum ora-  
ta contritio, est bona. 1. Teste Sacra Scriptura: quæ docet timorem seruilem præcedere dilectioni in conuertendis: ideoque incutit timorem, ut poenitenti-  
am meditentur consciæ: Et illum à Deo inspirari asserit. 2. Ita Traditio Ecclesiae, Sanctique Patres. 3. Ratio: Quia naturale est timere malum Gehennæ, quod accidere potest. Deinde aut voluntatem, aut opus coerget à malo: quod bonum. Demum ille timore est unum è

7. donis S. Spiritus, ut initium sapientiae. Ita S. Patres,

**D**ICO AD I. Non est coactum, quod deliberato suscipitur ac liberè; ut hictimor, ideo à Deo inspiratus; Deus autem non potest autor esse peccati vel hypocrisis. Quod si is solum opus impedit peccati, bonus est, sed non contrito; sicut & opus & Voluntatem, contritio

**A**D II. Dolor de peccatis ob timorem non est perfectum odium; ideo id vocamus Attritionem, non Contritionem.

**A**D III Imperfectus est, ut incipiens ab imperfectis ad perfectiora peruenturus. Et seruilliter timentes, mali sunt; nō ipse timor seruile, quia etsi sit in peccatore; non tamen est peccatum, aut causa peccati, sed obstaculum peccandi.

## Q VÆSTIO XCIV.

*Confessio an sit necessaria iure diuinocoram Sacerdoti?*

**L**UTHERVS l. Capt. Babyl. e. defar. Confessio se-  
ceta, ut vilis, ac necessaria; Sed 1. Probari ne-  
quit ex Scripturis. 2. Necesse non est confessio os-  
minia Sacerdotibus. 3. Reprobatur circumstantiarum  
Confessionem. 4. In Serm. de pœn. Confitenda esse  
non Venialia; nec Mortalia omnia; sed tantum manife-  
stè mortalia: Alioquin, art. 9. nihil inquinimus Deo ignoscendum. 5. In serm. de Confess. anno 1519. Con-  
fessionem Sacerdoti, ius hierosolitani, esse à Papa instituta  
solo Melancht, in Conf Ang. Enumerationem  
peccatorum esse omnium impossibilem.

**I**I. CALVINVS Iust. l. 3. c. 4 §. 7. Miror  
quæ fronte ausi sunt contendere, Confessionem Iuris  
esse diuinum. Cuius equidem vetutissimum usum  
esse fatemur; sed quem facile euincere possem fuis-  
seliberum. Et §. 11. Confessionem Generalem  
admittit Ministro faciendam in Ecclesia;  
Et §. 12. Priuatam quoque coram Pastore,  
cum quis sic angitur, ut explicare conscientiam  
solus